

Le narrateur et ses amis assistent à un banquet donné par l'affranchi Trimalcion.

Statim allatae sunt amphoreae vitreae diligenter gypsatae, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo : “Falernum Opimianum¹, annorum centum”. Dum titulos perlegimus, complosit Trimalchio manus et : “Eheu ! inquit, ergo diutius vivit vinum quam homuncio ! Quare tangomenas faciamus² ! Vita vinum est !
5 Verum Opimianum praesto ; heri non tam bonum posui, et multo honestiores cenabant!”

Potantibus ergo nobis et accuratissime lautitias mirantibus, larvam argenteam attulit servus sic aptatam ut articuli ejus vertebraeque laxatae in omnem partem flecterentur. Hanc cum super mensam semel iterumque adjecisset, et catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalchio adjecit :

10 “Eheu nos miseros, quam totus homuncio nil est !
Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus³ !
Ergo vivamus, dum licet esse bene !”



"Gnothi Sauton" : Connais-toi toi-même - Mosaique - Musée des Thermes - Rome

¹ Falernum Opimianum (vinum) : vin de Falerne, aussi apprécié que le champagne chez nous. On millésimait les crus en indiquant le nom du consul de leur année de récolte et l'année d'Opimius (121 avant JC) avait produit des vins d'une qualité exceptionnelle

² Tangomenas facere : boire à tire-larigot, se rincer la dalle

³ Orcus : dieu des Enfers